Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



cc lxvij

Hunc facta est salus & virtus & regnum dei nri. & potestas xi ei.
quia proiectus est accusator fratrum nrorum qui accusabat illos
ante conspectum dei nri die ac nocte. Et ipsi uicerunt illum
propter sanguinem agni. & propter uerbum testimonij suiq. & non dilexe
runt animas suas usque ad mortem. Propterea letamini celi & qui
habitatis in eis. ... Secundum matheum
In illo tempore. Accesserunt discipuli ad ihsum dicentes. Quis pu
tas maior est in regno celorum. Et aduocans ihs paruulum
statuit eum in medio eorum. & dixit. Amen amen dico uobis: nisi
conuersi fueritis. & efficiamini sicut paruuli non intrabitis in
regnum celorum. Quicunque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste.
hic maior est in regno celorum. Et qui susceperit unum paruulu
talem in nomine meo. me suscepit. Qui autem scandalizauerit
unum de pusillis istis. qui in me credunt. expedit ei ut
suspendatur mola asinaria in collo eius. & demergatur in profun
dum maris. Ve mundo a scandalis. Necesse est enim ut ue
niant scandala. Verumtamen ue homini per quem scandalum uenit.
Si autem manus tua ut pes tuus scandalizat te. abscide eum. re
pite abste. Bonum est tibi ad uitam ingredi debilem ut clau
dum. quam duas manus ut duos pedes habentem mitti in ignem
eternum. Et si oculus tuus scandalizat te. erue eum. & proice
abste. Bonum tibi est cum uno oculo in uitam intrare. quam du
os oculos habentem mitti in gehennam ignis. Videte ne con
temnatis unum ex his pusillis. Dico enim uobis: quia angeli eorum
in celis semper uident faciem patris mei qui in celis est. ℣
In diebus illis Significauit ds que oportet fieri cito. Johis apli
loquens per angelum suum seruo suo iohni. qui testimonium perhi
buit uerbo dei. & testimonium ihu xi. quecumque uidit. Beatus qui